

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Festing

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Festingius, ad
pias Meditationes super Nativitate Domini Nostri Jesu Christi in Sacratissimo
Natali Eius Studiose instituendas secum Omnes Omnium Ordinum Cives
Academicos, eo, quo par est, studio & affectu excitat & adhortatur [P. P. Sub
Sigillo Rectoratus, ipso die Natali Salvatoris nri. Jesu Christi A. 1689.]**

Rostochi[i]: Wepplingius, [1689]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742497895>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1689. Weihn.

A-1256. ^{ss.}

W. 1689

PROGRAMMA
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNES FE-
STINGIUS
ad
pias Meditationes
super
NATIVITATE
DOMINI NOSTRI
JESU CHRISTI



in
Sacratissimo Natali
E J U S
Studiosè instituendas
secum

Omnes Omnia Ordinum Cives Academicos,
eo, quo par est, studio & affectu excitat
& adhortatur.

Rostochi Typis JOHANNIS WEPPLINGII, Acad. Typogr.

M. 1256 58.



Lluxit hodie ille dies, quo diūdum exsultare lātitiā ac triumphare gāudio cōepit S. Ecclesia. Hunc hilari animo celebrare mea d quām vellet anima & meditationum aliunde Vobiscum, Cives Academīæ suaviissimi, legere programmata potius, quām inculto stylo abs me ipso proponere. Sanè tristior cogitatio est, quā volvitur revolviturq; desiderii spes, nuncupantur spei vota, recensentur meditamina, & lāetus tamen non eventus recreat, sed laborat animus, votum languidum, spes incerta & desiderium durum est. Hac ratione plura mala recensenda erant, ubi spe magna tantarum fortunārum affectus animus præsentia vaticinabatur quæ longe dissita, certa quæ ambigua, lāta quæ tristia. Memini non oportere quempiam gloriæ suæ prospicere velle cum queritur bonum publicum. quā ratione facile acquiescere corrupti mortalium animi censemur, dum officio functi sunt: i mō dum nihil sibimet ademptum putant, cetera Deo facilē committunt. Piè equidem ac Christianè dixit Carolus Magnæ Britanniæ Rex, quando dixit: *Nec qui vulgo generosi & fortes audirent idonei semper à Deo habiti sunt, qui justam causam propugnent: quò enim (pergit) proclivior quisq; est sua arti , consilio , aut virtuti tribuere, eò minus (in suam gloriam) Deus per illum operatur.* Attamen nec minus tristis sterilium operarum unicuique, licet infirmiori, experientia est: quantoq; magis pietatis lege quis negotium luscipit, tanto magis ubertatem bonitatis Christianæ non prospexit dolore est. Interea verò non juvat hodiè querimonia habere doloremq; suum impertire plurimis. Hodiè magnalia DEI consideranda inque Ecclesia, quæ in Domino exsultat, prædicanda sunt. Hic maximè sicut Chrysostomus dixit Homil. i. super i. cap. Hiob. *Nemo in Ecclesia super domo & familia cogitet, sed domi Ecclesiam & divinas res animo complectatur.* Qvantu m si dolere velim nostras fortunas, non minus dolere voluisse Ecclesiæ ruinas videndus ero: in qvibus tamen amovendis adsit divina potentia, regat consilia divini Spiritus gratia, quæ inter mundana tot impedimenta, inter tot difficultatum mala,

mala, qvod asperum videtur platinum; quod imbecillitati obnoxium, purum: quod difficile & angustum, leve efficiat, veram viam ostendat, & rectitudinem fidei acvitatem custodiat. Hodieli-beri suntio nostrianimi a querelis: nam novus homo natus prædicatur Dominus noster qui divinitatis plenitudo est. O mirabilis nativitas! o lætitiae voluptatumque animi dulcissima plenitudo!

Hinc bene

Paulus Melissus

Parodiarum lib. I.

IN CHRISTI NATALEM,

ex Horatii lib. I. od. 21.

*Intactam Marien dicite virgines,
Cælestem pueri dicite filium,
Natalemque superni
Vulgatum sonitu chori.*

*Quis Betulen taceat, non minimam urbium;
Quæcumque aut Libano subjacet heraldo,
Electeve Sionis
Clivis, aut pede Morie?
Quis stellam fugiat tollere laudibus,
Forantesque Magos aurea munera,
Thus, myrrhamque puello
In lucem genito recens?*

*Hic Ditem fremebundum, hic rabidam necem,
Dirasque a populo, & postgenitis Ade,
Imum trudet ad Orcum,
Summo victor ovans die.*

Sanè non imerito gaudiis. Maximi excitatus ex ipsius bonilia hy-
mali 4. piorum gaudia commovere studeo: *Gaude ergo nunc &
exulta ad Deum tuum tandem conversa gentilitas. Percepisti donum,
quod Abram in spiritu se vidisse latatus est: meruisti per Christum,
quod mereri quondam Hebreorum gens electa non potuit; timens
enim Israël & temens mirabatur, ut legimus, quod Moyses, populi
princeps, reconditus in nube & in vertice montis altissimi, solus cum
Domino loquerecur. Tibi vero sic natus est Christus & tantæ nobis digni-*

rate concessit, ut loqueretur omnibus & ab omnibus videretur. Magna merito pietate magnâq; veneratione celebranda est illius temporis memoria, quo & diabolus jus perdidit & salutem mundus accepit. HÆC EST DIES QVAM FECIT DOMINUS vid. Caffiod, super Psalm. 117. Quò magis collapsa fuit nostra natura (qvæ deperdita planè fuit) eò nunc major lætitia excipienda salutis nostræ reparatio qvæ per CHRISTUM natum facta est. Nihilominus, dicitur apud Cæsar. dial. 3. *bumanī generis amator Deū*, erga eum qui accusatus erat, baudquam mutatus ad nos venit, ut hostem caperet in ejus forma qui deceptus erat, verè natus. Atque ne hosti occasionem daret dicendi, mortales oppugnans à Deo superatus sum: ipse mortalis fit, manens Deus, & venit, ut pro mortali bus hominibus pugnet. Ineffabilis clementia DEI est, ubi intercedente Salvatore JESU hostilitas, quæ expeccatis nostris, ejus in puritate sublata paxq; reddita est.

GLORIA IN EXCELSIS DEO: ET IN TERRA
PAX, IN HOMINES BENEVOLENTIA.

Ecce quām dulcis est divina gratia! quæ respiciens perditum humānum genus descendit & infinitam divinitatis Majestatem cum humanitate communicat. Fit ipse DEus homo, & in imagine, quæ corruptionem diu repræsentaverat, tantam refert formositatem dulcissimus JESUS, maculasque tollit, ut solis radios cernere irradiantes ipsi in tenebris liceat.

Hinc Prudentius ψυχομαχ. v. 67.

Inde omnis jam diva caro est, quæ concipit illum,

Naturamque Dei consorti fædere sumit:

Verbum quippe Caro tactum, non destitit esse

Quod fuerat verbum, carnis dum glutinat usum,

Majestate quidem non degenerante per usum

Carnis, sed miseros ad nobiliora trahente.

Ille manet, quod semper erat, quod non erat, esse

Incipiens. Nos, quod fuimus, iam non sumus, aucti

Nascendo in melius: mihi contulit, & sibi mansit.

Nec Deus ex nostris minuit sua, sed suanostris

Dum tribuit, nos met dona ad cœlestia vexit.

Tali Angelos non evexit DEus misericordia: unde igitur
quò

quò major ea est, eò excelsiori gloria deprædicanda, dum nascitur
illud Germen Isai, venit in mundum Vir ille Zemach, Leo ex Juda:
ubi sive occultè agat Satanas, jam medicina nata est; sive mu-
gitu sonet, jam forti brachio leoninâ virtute sternitur crudelis
spiritus. GLORIA IN EXCELSIS DEO qui tantos horrores fecit
serpenti igneo, ta ntam vim seminis mulieris experiri cum jussit
in magno fatis factionis miraculo.

*Ecce venit nova progenies,
Æthere proditus alter homo,
Non luteus, velut ille prius;
Sed Deus ipse gerens hominem,
Corpo reis que carens vitiis.*

*Fit caro vivida sermo Patrus;
Numine quam rutilante gravis
Non ibalamo, neque jure tori,
Nec genialibus inlecebris
Intemerata puella parit.*

*Hoc odium versus illud erat,
Hoc erat aspidis atque hominis
Digladiabile discidium,
Quod modo cernua feminineis
Vipera proteritur pedibus.*

*Edere namque Déum merita
Omnia Virgo venena domat;
Tractibus anguis inexplicitis
Virus inerme piger revomit.
Gramine concolor in viridi.*

*Quae feritas modo non trepidat,
Territa de grege candidulos
In pavidas lupus inter oves.
Tristis obambulat, & rabidum
Sanguinis immemor os cohabet,
Agnus enim vice mirifica
Ecce leonibus imperitat,*

*Exagitans que truces aquilas
Per vaga nubila, perque Notos
Sidere lapsa columba fugat.*

Certè dedit Deus potestatem nobis calcandi super serpentes & scorpiones & super omnem potestatem inimici; quanquam sumus Imperatori delectari velit nostra virtute, quibus arma modò fidei non desint, nec victoria deerit Christo duce nunquam non paranda. *Aequi*, dicitur apud Cæsarium V.C.3. dial. licei *Deus omnimodam inimici extinctionem atq[ue] sublationem facere posset, noluit hoc tamen, ne nos in honore att' relinqueremur in futura sempererna vita, si non esset aliquis nobis hic adversarius, adversus quem decertantes velut in stadio presentia vita, remunerationis tempore coronas assequeremur.* IN TERRA PAX restituta est, IN QVE HOMINES BONA VOLUNTAS. Heu! bellum atrox erat, cuius calamitates ferre debuisset Protoplastorum ultima progenies, nisi pacis conditio in Salvatore fuisset sancta. Hujus fiduciâ divinam clementiâ indepti sunt quia tantum pacis & misericordiæ divinæ pignus prospiciebat: nec non divinæ iræ in redemptionis certitudine quæ decreta erat reconciliatio facta est. At verò nunc ipsum illud pignus nobis redditum est, cuius solâ spe gloriabatur cœtus fidelium: nunc ipsa hæc terra sanctificata est, quæ tulit corpus ejus, qui Deus benedictus per omnia secula; hæc hausit sanguinem, quo nititur salus hominum omniū. *Terra qua in primo hominie maledicta, spinas & tribulos germinavit, nunc cœlesti imbre perfusa ac bonorum operum fructu satiata, illum panem producit qui de cœlo descendit, cuius gustu reficimur, & vini poculo in mysterio sanguinis potamur, ut oleum divina misericordia faciem interioris hominis exhibaret & panis ejusdem cor hominis confirmet: ita Berno Augiensis Abbas libell. d. quibusdam rebus ad Missam spectantibus cap. 5.* Verum enim verò licet omne tempus sit tempus diei festi Christianis juxta Chrysostomum homil. 15. ad Corint. b. i. nihilominus tamen cum (proh dolor!) tardius procedant bonis in cœlestibus hominum cogitationes quæ terris defixa sunt; idcirco multis admonitionibus, exemplis, & exstimationibus opus est, quibus ardor, qvires federat, excitetur rursus innoveturq[ue]. Qvapropter magna merito cum veneratione ac pietate lati animis colitur *Natalis Domini*

Domini nostri JESU CHRISTI, festum, quod metropolim reliquo-
rum omnium festorum vocat Chrysostomus in Orat. de Philagon. De
ipso quidem tempore nativitatis dominice inter antiquos etiam
qvæsitum fuit, dum alii Christum natum crediderunt. Januarii
Epiphani lib. 1. contra heres. tom. 1. heres. 51. Chrysost. Orat. 71. alii 20.
Maji Juliani, pleriq; 25. Decembr. qvibuscum etiam nostrates so-
lemnia celebrant. vid. Hoffm. Lexic. voc. Nativitas Domini. At vero
hac de re adeo solliciti non sumus, qui non contemnendam licet
habeamus diligentiam si quis curiositati satisfecerit, non pieta-
ti tamen præjudicium factum iri putamus si cognovisse nobis da-
tum non sit. Sed quando cœperit hoc festum inclytum acrius
disceptatum est, postquam fanaticis qvibusdam placuit omnium
eliminare festorum celebrandorum memoriam. Veruntamen li-
cet hic pariter non satis constet quod Polydorus Virgilius
aliquos perhibuisse afferit Lib. 6. Cap. 8. d. invent. rer. nimirum.
Apostolos autores fuisse, ut omnes illi dies, quibus Servator noster ad sa-
lucem atq; disciplinam nostram aliqua peregrisset mysteria, sacri
essent, uig; apud posteros majori haberentur venerationi, eos primum
religiosè coluisse quamdiu vixissent; cujusmodi sunt dies dominicus,
adventus Domini, Natalis & Circumcisio. &c. Hæc certè nihilominus
qua non scripsa sed tradita custodimus qua quidem toto terra-
rum orbe observantur, dantur intelligi vel ab ipsis Apostolis vel
plenariis Conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas,
commendata atq; statuta retineri ita Augustinus epist. 118. c. 1. Mul-
ta addenda erant; sed abrumpere jubeor. O quam dulcis est me-
moria tui dulcissime JESU! cuius Adventum in carne contra dia-
bolum & ministros considerare, & meditari nativitatem noctu in-
ter cœcitates hominum, eo tempore quo pax orbis facta erat, ad
hoc, ut litibus & jurgiis ipsi abstineamus, volupest. Interea
vero cum quantum volumus non licet, quam mente hu-
jus tantæ sanctæque festivitatis religio custodienda sit,
paucis verbis ex Childeberti Regis. constitutione de abo-
lendio reliquiis idolatriæ & de sacrorum diuinorum festivitatibus castè
celebrandis datâ circa annum Christi DLIV. per ecclesias sacerdo-
tum vel omni populo, proponam: ibi autem sic constitutum est:
Qualiter in sacrilegis DEI injuria vindicetur nostrum est per-
stragan-

tractandum, & quia fides nostra ut verba de altario sacerdote faciente, quacunq; de Evangelio Prophetis vel Apostolis fuerit adnuntiatum, in quantum Deus est intellectum, ad nos querimonia processit multa sacrilegia in populo fieri, unde Deus ledatur, & populus per peccatum declinet ad mortem; noctes pervaigiles cum ebrietate, scurrilitate, vel canticis; etiam in ipsis sacris diebus Pascha, Natale Domini, & reliquis festivitatibus, vel adveniente die dominico, bancatrices per villas ambulare. Hec omnia, unde Deus agnoscitur ledi, nullatenus fieri permittimus. Quicunq; post commonitionem sacerdotum vel nostrum praeceptum sacrilegia ista perpetrare presumpserit, si servilis persona est, centum iactus flagellarum ut suscipiat jubemus. Capit. Reg. Franc. p. m. 7.
Qvod autem piarum meditationum in Natali Domini superfuit, en! elegantissimis verbis depingitur à Mureto in hymnis sacris:

IN NATALI DOMINI

ONox vel medio splendidior die,
Cujus per tenebras virginis integra
Ex alvo nitida Sol novus emicat,
Complens omnia lumine.

Eterno imperio qui regit omnia;
Humanumque Deo conciliat genus;
Is nunc sub tuguri viliis operculo
Nascens, pauperiem docet.

Pastores ovium, dum gregibus suis
Intenti vigiles excubias agunt,
Primi hunc angelico carmine nuncium
Lætis auribus bauriunt.

Grata est haud dubie simplicitas Deo
Grata est vita, dolis que procul omnibus
Rectum sponte sua perpetuò colit,
Et priscam retinet fidem.

P.P. Sub Sigillo Reliquarum, ipso die Natali Salvatoris nri. JESU CHRISTI A. 1689.


MS (O) 30



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn742497895/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742497895/phys_0011)

DFG



Domini nostri JESU CHRISTI, festum, quod metrum omnium festorum vocat Chrysostomus in *Orat.* ipso qvidem tempore nativitatis dominice inter quæsitum fuit, dum alii Christum natum credidebant. Epiphany, lib. 1, contra heres, tom. 1, heres, 51, Chrysost. Maji Juliani, plerique; 25. Decembr. quibuscum etiam lennia celebrant. vid. Hoffm. Lexic. voc. *Nativitas Domini*. hac de re adeò solliciti non sumus, qui non conteremus diligentiam si quis curiositati satisficeret tamen præjudicium factum iri putamus si cognitum non sit. Sed quando cœperit hoc festum indisceptatum est, postquam fanaticis quibusdam per eliminare festorum celebrandorum memoriam. Vt cert hinc pariter non satis constet quod Polycarpus aliquos perhibuisse asserit Lib. 6. Cap. 8. d. invent. Apostolos auctores fuisse, ut omnes illi dies, quibus Servatutem artis disciplinam nostram aliqua peregrinarentur, ut apud posteros majori haberentur veneratio religiosa coluisse quamdiu vixissent; cuiusmodi sunt adventus Domini, Natalis & Circumcisio. Sc. Hæc certaque non scripsa sed tradita custodiimus quia quidam orbe observantur, dantur intelligi vel ab ipsius plenariis Conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrim commendata artis statua reineri ita Angustinus epista addenda erant; sed ab rumpere jubeor. O quam moria tui dulcissime JESU! cuius Adventum in caribolum & ministros considerare, & meditari nativiter cœcitates hominum, eo tempore quo pax oritur hoc, ut litibus & jurgiis ipsi abstineamus, volupte vero cum quantum volumus non licet, quia ius tantæ sanctæque festivitatis religio cum paucis verbis ex Childeberti Regis constitutæ reliquis idolatriæ & de sacrorum diuinorum celebrandis datâ circa annum Christi DLIV. per eum vel omni populo, proponam: ibi autem sic coqualiter in sacrilegis DELINCTORIA vindicetur nos.

